



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

45. Felix dedit Confessario uncias septuaginta, ut restitueret Joanni suo creditori, post duos annos scit Confessarium non restituisse, quæritur, an denuo dictus Felix debeat restituere? Ex p. 2. ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76432)

cap. 3. corollar. 3. n. 11. & alij penes ipsos. Ratio est, quia in pari causa melior est conditio possidentis; ergo, Quod etiam probatur: nam isti foro externo in tali casu possessor dubius non esset spoliandus; ergo neque in foro interno, Probo consequentiam, quia forum internum semper externo conformari debet, quando externum falsam presumptionem non innititur, ut docet Merolla loco citato n. 7. Gasias de benefic. t. 2. p. 9. c. 1. n. 10. Salas in 1. 2. tr. 8. disp. unica, sect. 18. n. 176. 171. & 220. Sanchez de marr. tom. 1. lib. 1. disp. 5. n. 20. Suar. cen. disp. 40. sect. 5. n. 16. Sancius in selectis disp. 48. n. 5. ergo, &c.

3. Notandum est tamen hic primò quòd durante investigatione veri domini, non potest quis uti rebus, quæ vti consumuntur, nam frustra dominus quereretur; potest tamen uti illis, quæ vti non consumuntur, ut equus, mancipium, &c. dum tamen adit animus solvendi vero domino pretium illius usus, deductis expensis alimentorum. Ita Villalobos in summa t. 1. tr. 1. diff. 20. n. 4. & alij.

4. Nota secundò possessorem, qui adhibita diligentia, an res, quam possidet, sit aliena, si manet adhuc dubius, non teneri in posterum vero domino compensanti restituere, nisi instat bonæ fidei possessor, nempe rem ipsam si apud se extat, vel si consumpta sit, aut sit alienata, teneri solum quatenus factus est locupletior. Ita Lessius lib. 2. c. 14. dub. 4. n. 23. Rebellius part. 1. lib. 2. qu. 5. n. 11. Vasquez in 1. 2. disp. 6. c. 7. n. 38. Sanchez in summa tom. 1. lib. 1. c. 23. n. 186. & alij penes ipsos. Unde non sunt audiendi, Aragonius in 2. 2. qu. 62. art. 5. dub. 1. & ibi Bannez dub. 2. concl. 3. Salonijs contr. 2. Salas in 1. 2. tr. 8. disp. unica, sect. 23. n. 227. & alij afferentes hunc teneri restituere pretium rei venditæ; sed adversus dictos Doctores, & meritò, insurgit Merolla tom. 1. disp. 1. c. 3. corollar. 3. n. 18. docens hanc opinionem tunc esse veram, quando ex pretio locupletior euasit, tunc enim teneri esse paratus restituere domino totum pretium, si in toto factus est ditior, ut si rem illam ipse dono acceperat, ac postea vendidit, vel partem pretij, ut si illam emerat, sed postea pluris vendidit, quia in eo excessu tantum factus est locupletior.

5. Et tandem nota, quòd si spes moralis non est ut verus dominus compareat, non teneris monere de dubio emptorem, quia tunc emptor morali periculo non exponitur, secus autem dicendum est quando probabilis spes est dominum compariturum. Ita Sancius in selectis disp. 43. n. 12. Bannez in 2. 2. qu. 62. art. 6. dub. 5. Castrus Palaus t. 1. disp. 3. punct. 2. n. 13.

RESOL. XLIV.

An possessor bonæ fidei, qui dubians rem esse suam negligens in invigilare verum Dominum, unde impotens effectus est ad eum sciendum, teneatur ad restitutionem?
Ex part. 4. tr. 3. Ref. 29.

§. 1. Teneri restituere illi, cuius rem esse dubitat, vel eo ignoto teneri restituere pauperibus iuxta qualitatem dubij, & spem quam habebat inveniendi dominum, tradunt Villalobos in summa tom. 1. tract. 1. diff. 10. n. 2. Salas in 1. 2. tract. 8. disp. unica, sect. 23. num. 238. Alphonsus de Leone de potest. confess. part. 1. recollect. 15. num. 76. Sanchez in summa tom. 1. lib. 2. c. 23. n. 183. Molina t. 1. disp. 36. concl. 1. & alij.

2. Verum secundum Bonaenam de contract. disp. 1. qu. 2. punct. 2. num. 8. non sine probabilitate videtur dicendum non teneri ad restitutionem, tum quia quævis peccata negligendo inquisitionem veritatis, nihilominus possidere incipit bona fide; sed melior est

conditio possidentis; ergo, &c. tum quia non constituitur an damnum aliis intulerit non inquirendo rei veritatem; qui autem dubitat, an sua actione, vel omissione fuerit aliis causa damni, non tenetur ad restitutionem. Ergo, &c. Et hanc opinionem probabilem etiam esse putat Castrus Palaus tom. 1. disp. 3. punct. 1. n. 9.

RESOL. XLV.

Felix dedit Confessario uncias septuaginta, restituitur Ioanni suo creditori. Post duas annos scilicet Confessarium non restituisse 3 quaritur, an denuo dictus Felix debeat restituere? Ex p. 2. tr. 17. & Misc. 3. Ref. 2.

§. 1. Quidam Theologus magni nominis, respondit debere restituere, & probabiliter quidem sententiam, hi sunt Navar. & D. Antonius apud Lessium ubi infra. Syluius in 2. 2. D. Thom. qu. 62. art. 6. quaritur 9. Fabr. de rest. in 4. sent. disp. 15. qu. 2. disp. 50. c. 4. n. 15. Lazarius de monitorijs, sect. 4. qu. 5. n. 5. & Conrad. in resp. cas. conf. part. 2. qu. 447. Pezz. Navar. lib. 4. c. 5. dub. 1. n. 19. Clavius Regia lib. 10. tr. 5. c. 9. n. 3. & 9. Tolet. lib. 5. c. 24. n. 2. & Homobon. de Sacram. Exam. Eccl. part. 2. tr. 10. c. 2. qu. 2. sup. 1. Et confirmatur ratione: nam res ex delicto debita, antequam ad debitorem perueniat, ipsi per delictum non enim debet creditor damnum pati ob debitoris delictum, ut bene probat Rebellius part. 1. lib. 2. qu. 13. sect. 1. Molina de contr. 10. 2. tr. 2. disp. 196. n. 1. Azor. p. 3. lib. 4. c. 3. & alij.

2. Sed mihi etiam probabilis semper visa est contraria sententia, & sic in praxi non condemnandum dictum Felicem ad denuo restituendum: nam cum ipse non deberet cum infamia restituere, quantum in se fecit quod potuit; & si Ioannes creditor ad restituendum non consentiret, esset irrationabiliter iniustus. Et sic Lessius lib. 2. cap. 16. dub. 6. n. 67. in fin. cum Pillino. in quest. mor. tom. 1. tract. 32. cap. 5. num. 35. probabilem vocat hanc opinionem, & in terminis illam amplectitur nouissimè Cenedo de paupertate religioſa dub. 34 n. 8.

RESOL. XLVI.

An si quis daret alicui centum, ignorans, quod ex iustitia tantum etiam illi debebat, teneatur postea alia centum restituere?

Ex quo inferitur, quod si quis, ex deuotione inuoluerit hanc, vel illam Ecclesiam, & non recordatur, quod ad id teneatur ex voto, vel ex penitentia, à Confessario iniuncta, si postea recordatur voti, aut penitentia non teneatur illas Ecclesias iterum visitare? Ex part. 5. tract. 13. & Misc. 1. Ref. 94.

§. 1. Casus est curiosus, & erit multum plausibilis, ex benigna opinione, quam proferam. Affirmatiuam sententiam docet Sanchez in summa. 10. 1. lib. 2. n. 11. ar. 13. n. 11. ubi sic ait. Debetem quidam centum satisfacere huic debito, si debiti prolixo inuoluerit tantum ei donec, nisi in remuneracionem tantidem muneris accepti donatio fieret, & similiter obnoxium restitutioni incertorum pauperibus, postea omnes eleemosynas, quas postea ignarus, aut illius obligationis immemor ex sua deuotione largitus est, computare in eius restitutionis partem. Quia si hi confesij, aut precepta dictæ obligationis memores essent, non animo liberè dedit, sed satisfaciendi dedit. Sed contrarium credo esse Ludouico